

1183 non moritur, et opera eius reditiva semper eum loquuntur. Sed de his hactenus satis. Modo revertamur ad seriem narrationis dicturi de abbate Godscalco, quemodo in Boemiam redierit et quali occasione adeptus sit Syloensem abbatiam. Notum est omnibus in Boemia commorantibus, quod Syloensis ecclesiae primus constructor erat ~~episcopus~~ quidam abbas Reinardus nomine, nigri ordinis professor, qui condensam aggressus silvam et de nemore faciens campos ecclesiam ibi construxit in honore beati Petri apostoli satis habitam, quam per manus domni Ottonis Pragensis episcopi dedicavit et debito fine perfecit.¹ Basilicam quoque in veneratione sanctae Mariae virginis cum duabus absidibus et quatuor ~~absidibus~~ ~~et quatuor~~ altaribus etigens ad medium usque atrium deduxit et episcopali similiter benedictione dedicavit. Post haec et eiusmodi preclara opera, cum iam multum temporis et laboris eo loci exegisset, tandem Ottone episcopo ex hac luce substracto² quidam nescio qua intentione quosdam ex monachis eius coram Daniele epis. Pragensi tunc electo multis et magnis criminibus infamaverunt, quorum ille verbis

1) 1139 ann. 616 m. Pragensis. Chron. Saxon. eccles. 1. Vol. 8. 11, 261 b.

2) 1148, Jul. 10, f. 60v D. 22